8. That they obſerue foure Lents in the yeer, &c. And in a word, although they be meerely * of the ſame religion and communion with the Grecians: yet are they not of the iuriſdiction of the Patriarch of Conſtantinople, but of the Archbiſhop of *Damaſcus*, by the title of the Patriarch of *Antiochia*. For *Antiochia* it ſelfe (where yet the name of Chriſtians was firſt heard in the world, & was long knowne by the name of Θεόπολις) lying at this preſent in a manner waſt, or broken and diſperſed into ſmall villages, of which, onely one, of about 60. houſes, with a ſmal temple belongeth to Chriſtians, * the Patriarchall ſeat was tranſlated thence to *Damaſcus* (where as is reported are * aboue 1000 houſes of Chriſtians) and there remaineth. For although * the Patriarchs of the *Maronites*, & of the Iacobites, wherof the former keepeth reſidence in *Libanus*, and the later in *Meſopotamia*, intitle themſelues Patriarchs of *Antiochia*, and by the Chriſtians of their owne ſects, be ſo acknowledged: yet do the *Melchites*, who retaine the ancient religion of

* Vitriac. loco iam citato. Salignicis itiner. tom. 8. c. 1 Bamugart. Peregrin. l. 2. c. 9. & alij.

* Bello. obſer. l. c. Chitræ. de ſtat. eccleſ. p. 5. Boter. relat. p. 3. l. 2. c. de Maroniti. Cruſ. Turcogr. li. 4. pa. 296. ex relat. Gerlachij.

* Boter. loco iam citato.

Figure 18

Brerewood, *Enquiries*, p. 132.

of *Syria*, acknowledge none for patriarch, but the Archbiſhop of *Damaſcus*, reputing both the other for ſchiſmatickes, as hauing departed from the obedience and communion of the true Patriarch. And yet, beſide all theſe, a fourth there is, of the Popes deſignation, that vſurpeth the title of the Patriarch of *Antiochia*. For * euer ſince the Latins ſurpriſed Conſtantinople, (which was about the yeere 1200.) and held the poſſeſſion of the Eaſt Empire about 70. yeeres, all which time the Patriarches of Conſtantinople, were conſecrated by the Pope: As alſo, ſince the holy Land, and the Prouinces about it, were in the hands of the Chriſtian Princes of the VVeſt, which began to bee about *Anno* 1100. And ſo continued about 80. yeeres, during which ſeaſon the Patriarchs of Antiochia alſo, and of Ieruſalem, were of the Popes conſecration: Euer ſince then, I ſay, the Church of Rome, hath, and doeth ſtill create ſucceſſiuely, imaginary or titular Patriarches (without iuriſdiction) of Conſtantinople, Antiochia, Ieruſalem and Alexandria, ſo loath is the Pope, to looſe the remembrance of any ſuperiority or title, that hee hath once compaſſed.

* Boter rel. p. 3. l. 1. c. del Patriarcha latino di Conſtantinopoli.

Figure 19

Brerewood, *Enquiries*, p. 133.

Ioſtome, as *Ieremie* a late Patriarch of *Conſtantinople* hath recorded. And namely, as touching the holy ſcriptures, vſing the *Septuagints Greeke* tranſlation, and ſpecially that of *Lucians* Emendation. At leaſt it was ſo with them in *Hieromes* time (and I finde no mention at all recorded of any alteration) who obſerueth the Edition of the 70 Interpreters by *Lucianus*, to haue beene receiued in vſe from *Conſtantinople* as farre as *Antiochia*: As alſo that of *Origens* emendatiõ, from *Antiochia* to *Egypt* and in *AEgypt*, that of *Heſychius*. But (howſoeuer it may be touching the edition vſual among them) yet certainely, that the *Græcians* haue not the ſcriptures tranſlated into the vulgar *Greeke*, the *Græcians* themſelues haue directly recorded.

Ier. Reſp. 1. ad German. c. 13

Hier. in præf. ad Lib. Parali.

*Theod. Zyg. in ep. ad Cruſ. l. 7. Tur. p. 431.

2. The *Syrians*, namely thoſe, that for diſtinction of religion from the *Iacobites* (who likewiſe inhabite *Syria*) are termed ſo, that is to ſay the *Melchites*, for they (hauing the *Arabique* for their vulgar language) as they agree in other poiuts of their religion, and ceremonie, and order of diuine ſeruice, with the *Grecians*, ſo doe they as touching their Liturgie, in language alſo, as is obſerued by * *Vitriacus*, *Haitho*, *Breitenbachius*, and many others.

*Vitriac. Hiſt. Orient. c. 75. Haitho. l. de Tartar. c. 14. Breiten. Peregr. c. de Surianis. Baum. Peregr. l. 2. c. 9. Villam l. 2. c. 22. Boter. Rel pa. 3. l. 2 c. de Melchiti.

3. The *Gregorians*, who hauing for their vulgar ſpeech, a peculiar language of a middle temper (which well agreeth with the poſition of their Country) betwixt *Tartarian* and *Armenian*, as *Geſner* and *Poſtell* and *Roccha* in their bookes of languages haue obſerued, exerciſe notwithſtanding their Liturgies in the *Greeke* tongue, as * *Iacobus a*

*Vitriac. lib. citat. c. 80.

Figure 20

Brerewood, *Enquiries*, p. 197.

ſis Abbas, doctrina, & linguarum peritia Vrbi, & Orbi ſatis notus.

Imò relatus Hebed Ieſu, Tract. 3. cap. 4. ſententiam Latinorum de proceſſione Spiritus ſancti à Patre Filioque manifeſtè amplecti videtur. Siquidem duo diſcrimina ibi aſſignat inter Latinos, & Græcos: vnum de proceſſione Spiritus ſancti à Patre Filióque : alterum de ritu azimorum. Hoc ſecundum integro improbauit capite; contra primum nec verbum quidem fecit, aut oppoſuit, vnde id ex communi regulâ approbare exiſtimatur. Sed iſta hîc innuiſſe in præſens ſatis eſt.

De Orientalium ſectis.

EX ijs ſectis, quæ in Concilij præfatione recenſitæ ſunt, nulla hactenus Dei beneficio in Oriente ſupereſt, & vtinam abſcindantur, & reliquæ Eccleſiam Dei conturbantes. Qui verò nunc extant in Oriente Chriſtiani in ſeptem ſubdiuiduntur nationes, Neſtorianos ſcilicet, Melchitas, Maronitas, Iacobitas, Cophtitas, Æthiopes, ac Armenos. Neſtoriani ita dicuntur, quia Neſtorij aſſerentis in myſterio Incarnationis diuini Verbi duas naturas, duas perſonas, & vnam voluntatem, ſunt amplexi hæreſim, quamuis hoc nomen ſibi per calumniam impoſitum fuiſſe paſſim conquerantur. Melchitæ ſunt Syri, aut Ægyptij

Figure 21

Ecchellensis, *Concilii Nicaeni praefatio*, p. 69.

Græci ritus, quorum aliqui Chaldaïcè, aliqui Græcè Sacra peragunt, & diuina obeunt officia, cæterùm Græcorum per omnia insistunt vestigijs. Maronitæ à Monasterio S. Maronis Abbatis, cuius Monachi acerrimi Catholicæ fidei defensores aduersus Eutichianos, Acephalos, & Monothelitas extitêre olim, sui denominationis originem duxerunt, vt fusè in nostro tractatu de nationibus Orientalibus, eorumque dogmatibus, & ritibus agimus, ac præsertim in Apologia pro ipsis Maronitis contra quosdam impostores. Itaque si particulares ritus excipias, Maronitæ semper cum Ecclesia Romana senserunt. Iacobitæ à Iacobo Zanzalo vnam naturam, personam, voluntatem, & operationem in Christo Domino asserente, nomen, & hęresim hauserunt. Reliquæ tres nationes, quæ à regionibus, quas incolunt, appellantur, cum Iacobitis in hæresi vnius naturæ, voluntatis, & operationis consentiunt; differunt verò ritibus quibusdam, ac præsertim in materia Eucharistica, & circuncisione. Circa primum discrimen Iacobitæ oleum, & salem pani triticeo consecrando necessariò admiscendum esse censent, quod tres aliæ sectæ minimè approbant, imò hoc in causa fuit, cur se à Iacobitarum amicitia, & consuetudine subduxerint. Huius mixturæ Auctor extitit Ioannes quidam cognomento Barsusan

Figure 22

Ecchellensis, *Concilii Nicaeni praefatio*, p. 70.

TRAICTE' QVATRIESME. DES GRECS.

ENtre toutes les Nations qui habitent la Terre Saincte, les Grecs ſe ſont rendus les plus conſiderables, pour s'y eſtre touſiours maintenus, & à preſent compoſent la cinquieſme partie de cette prouince ; où ils ont en toutes les villes des Paroiſſes & des Monaſteres ; On trouue meſme des villages qui ne ſont habitez que de Grecs: mais ils ne laiſſent pas de payer les meſmes tributs & caphars que les Latins, Iuifs, & autres. Il ſe trouue auſſi quelques villages, où le Chaiq, c'eſt à dire le Maire, eſt Grec, comme à Bezech, Sezembre, & Nimphé.

Les Grecs plus conſiderables de la Terre Saincte

Les Arabes & les Mores appellent les Grecs *Melkié*, c'eſt à dire *Regnatores*, à cauſe qu'ils auoient la domination de la meilleure partie de ce que poſſede le Grand Turc, auquel ils ſont maintenant tributaires, ſujets, & meſmes eſclaues, depuis qu'ils perdirent Conſtantinople, qui fut vn iour de la Pentecoſte, en punition de ce que l'annee precedente ce meſme iour au Concile de Florence, leur Patriarche nia que le ſainct Eſprit procedaſt du Fils, mais ſeulement du Pere.

Tributaires du Grand Turc.

Figure 23

Roger, *La terre saincte*, p. 331.

eundem ſervant ordinem, eandem tenent Doctrinam, nec repugnant Dionyſio, nec libros ejus contemnunt; mentionem enim faciunt Angelorum in ritualibus & Liturgiis, ut res fert, ac modo à ſuperioribus deſcendunt ad inferiores, modo ab inferioribus aſcendunt ad ſuperiores, modo habent rationem ſignificationis, & Etymologiæ, modo Metri & Carminis; ex quo ſi res diligentius diſcutietur, comperies, non eundem ordinem, & modum ſervari in ipſis Liturgiis, & ritualibus.

III. Quæris, quinam ſint Melchitæ, & in quo potiſſimùm dogmate à Jacobitis diſſentiunt? Reſpondeo Melchitas nunc eſſe Syros, Arabes, Ægyptios, ſeu Cophtitas, & quoſcunque alios, qui cùm non ſint genere Græci, Græcorum tamen ſequuntur placita, & ritus; diſſentiunt quidem iſti à Jacobitis in Myſterio Incarnationis Verbi Divini, cùm Melchitæ teneant cum Concilio Chalcedonenſi, & ſexta Synodo duas in Chriſto Domino eſſe naturas, duas voluntates, & duas operationes; Jacobitæ verò unam duntaxat naturam, unam voluntatem, & unam operationem; diſcrepant præterea Jacobitæ à Melchitis, quòd Jacobitæ * Spiritum S. à Patre Filioque procedere credant, & id dogmatis in Concilio Epheſino

** Id falſum eſt, nam orientales omnes hac in parte conſentiunt cum Græcis.*

Figure 24

Morin, *Antiquitates Ecclesiae Orientalis*, p. 458.



JOH. MORINO. 459

ſino determinatum conſtanter affirment, uti ex eorum Catechiſmo notavimus olim ad Synopſin, ſeu præfationem Concilii Nicæni, quam Latinè cum argumentis Canonum, & conſtitutionum illius Concilii fecimus; ubi Melchitæ nonnulli contrarium cum nonnullis Græcis ſentiunt. Addubitas præterea, an iidem ſint cum Maronitis Melchitæ, & id ex eo quod pag. 168. mearum notarum videar tibi utroſque copulare, dum dico: *Verba ipſa ſunt apud Melchitas & Maronitas.* Ad quæ dico, Melchitas Syros, quibus primò hoc nomen Melchitarum inditum fuit, tum in alias quoque derivatum gentes, eoſdem fuiſſe cum Maronitis, uſque ad Juſtiniani Junioris tempora, eademque utriſque dogmata, uti hiſce verbis teſtatur David Archiepiſcopus Tract. de Orientalium ſectis & opinionibus cap. 1. de fide,

وثبتت هذه الفرق الاربعة علي

انما الفرقتين الملكية والمارونية

اللتان ذكرناهما فرقة واحدة

ورايهما في الاتحاد والاقنوم راي

واحد

Conſtat

Figure 25

Morin, *Antiquitates Ecclesiae Orientalis*, p. 459.



460 ABR. ECCHELLENSIS.

Conſtat itaque has ſectas eſſe quatuor, quoniam illæ duæ ſectæ nimirum Melchitarum, & Maronitarum, quas memoravimus, ſunt una eademque ſecta, eorumque opinio circa unionem & perſonam una eademque eſt, fuſiùs hac de re ſcribit in Epiſtola ad Arſenium Epiſcopum Haincurenſem ſub An. Alexandri 1370. qui eſt Chriſti Domini 1053. Schiſmatis ac tantorum malorum quæ inde ſequuta ſunt; quæque hactenus tanto noſtro damno experimur, Juſtiniani fuit petulantia, ſeu potius ignavia, & inertia quemadmodum ex Græcis literis conſignarunt Theophanes, Zonaras, Cedrenus, & alii quandoquidem Maronitæ noſtri Libani incolæ quos laudati mox Græci auctores appellitant Mardaitas ex Syriaco vocabulo ܡܪܕܝܬܐ quaſi dicas *rebelles*, & *indomitos*, Arabum incurſiones ab Romano imperio ita coercebant armis, ut vix intra Arabiæ ſuæ terminos ac deſerta loca tutos ſe eſſe crederent: hinc pacem à Juſtiniano petere coacti ſunt quam his conditionibus obtinuere, nimirum, ut penderent Romanis in ſingulos dies nummos CIↃ equum, & ſervum, ſi Imperator Mardaitarum, ſeu Maronitarum impreſſiones, & irruptiones compeſceret. Sed Cedreni hac de re verba in ipſo Juſtiniano audire juvat. *Primo anno Juſtiniani*, inquit, *ad eum nuncios mittit* (princeps Arabum)

Figure 26

Morin, *Antiquitates Ecclesiae Orientalis*, p. 460.

Arabum) *confirmandæ pacis causa, convenitque ut imperator Mardaitarum agmen in Libano, ejusque impressiones compesceret, eoque nomine Arabes Romanis penderent in singulos dies nummos CIↃ equum & servum. Imperator Paulum Magisterianum ad Abimelecum mittit pacti confirmandi gratia idque scripto & testibus est comprehensum: deinde Imperator misso legato duodecim millia Mardaitarum revocat, quo quidem facto Romanam potentiam accîdit; quidquid enim hodie Arabes tenent à Mopsuestia usque ad quartam Armeniam, id enim omne infirmum erat, cultoribusque vacuum ob incursiones Mardaitarum: quibus repressis ingentia damna Arabes Romano imperio in hunc usque diem intulerunt.* Ex his facilê quisque deprehendere potest, qui qualesque semper fuere Libani incolæ, & quam Christianæ Religionis acerrimi extitêre defensores. Certe nisi in suarum victoriarum, & imperii salutis auctores arma convertisset Justinianus, & qui sequuti illum Imperatores, Mahometana forsitan lues, quæ ex Arabum illorum cœno emersit non multo post, nec universum pene infeciisset orbem tanto Christianæ Religionis & reip. damno, nec tam latè longeque grassata esset; verum enimvero res ex animi sententia Justiniano haud usquequaque evenit; quia etsi Libani accolæ arma deposu-

ere,

Figure 27

Morin, *Antiquitates Ecclesiae Orientalis*, p. 461.

êre, incolæ nequaquam; hinc quidem factum eſt ut qui Imperatoris mandatis acquieverint, Melchitæ dicti ſunt & hactenus hoc nomine dignoſcuntur quaſi dicas imperiales ſeu Regii; qui vero non, & Mardaitarum, ſeu rebellium, & Maronitarum nomen retinuere; hacque de cauſa multa prælia cum Juſtiniani ducibus inierunt, ut præter Maronitarum teſtantur Melchitarum, Jacobitarum, aliarumque gentium orientalium Monumenta; nec profecto ab avita virtute, aut Religione degenerârunt Maronitarum poſteri etiam ſub immani Turcarum jugo; etenim illi ſoli inter omnes Orientales Chriſtianas gentes arma tractant & Catholicam profitentur fidem; bellicæ virtutis præclariſſimum teſtimonium nobis facit prælium illud quod ante biennium illatum eſt à Prorege Damaſci Amiro (ut de antiquioribus nihil nunc dicam) in quo Amiri acies quæ ex diverſis componebatur gentibus, Turcarum multitudine, ac numero pene oppreſſa jamjam in fugam inclinaverat, niſi noſtrorum Maronitarum incredibilis ac invicti animi magnitudo graviſſima pericula contemnentis adfuiſſet, hoſtiumque obſtitiſſet conatibus; ſiquidem tanto impetu, ac tam impavido animo in hoſtem irruit dexterum cornu, quod ex quinque Maronitarum millibus conſtabat, ut

Figure 28

Morin, *Antiquitates Ecclesiae Orientalis*, p. 462.

ut illum non modò fuderit ac in turpiſſimam converterit fugam, verùm etiam Turcarum octodecim millia ferro interemerit, glorioſiſſimâ ſuo Principi partâ victoriâ; ſed hæc noſtrum ſunt præter inſtitutum, ac aliud tempus, alium locum, aliudque otium requirunt; tandem ut ad rem noſtram redeam Melchitæ nunc differunt à Maronitis in iis omnibus dogmatibus in quibus differunt Græcia Latinis.

IV. Paucis ſcire velis quid cenſeo de Originibus Alexandrini à Seldeno editis, & Commentariis illuſtratis? Reſpondeo Seldenum plura admiſiſſe in iis Originibus peccata cùm vertendo quàm commentando; in verſione ad ſuas adſtruendas fallacias & propoſita argumenta pro univerſalibus particularia interpretatus eſt, & vice verſa; exemplo nunc eſto. Eutychius loquens de Ordinationibus Demetrii ait,

وهو اول بطريرك بالاسكندرية

عمل الاساقفة quæ ad verbum & fideliſſimè ſic reddenda ſunt: *Et eſt primus Patriarcha, qui in Alexandria fecit Epiſcopos.* Ea tamen ſic infideliſſimè reddit Seldenus; & primus fuit hic Patriarcha Alexandrinus, qui Epiſcopos fecit. Profecto Demetrius non

Figure 29

Morin, *Antiquitates Ecclesiae Orientalis*, p. 463.

Liber 2. de Pseudopr. Muham.

אמאנה אלמסכין אלמנפי יעקוב וקיל אנמא כאן רבא לה תלמיד
אסמה יעקוב וכאן והו פי אלנפי ירסלה אלי אלשעב יתבתהם
עלי אלאמאנה פנסבוא אליה וקיל אן יעקוב כאן תלמידא לסאוירס
בטרירק אנטאכיה וכאנת אמאנתה מואפקה לאמאנה דיסקורס
וכאן אלאב סאוירס ירסל יעקוב תלמידה אלי אלמומנין ויתבתהם
עלי אמאנה דיסקורס פנסבוא אליה *Ab eo* (Petri, Patriarchæ Alexandrini) *tempore scissa est Ecclesia.* Melcitæ *sequebantur religionem Marciani Imperatoris*: Jacobitæ *verò dogma Dioscuri, cui in juventute nomen erat Iacobi. Scripsit autem is ad fidei suæ socios, in exilio degens, iisq; præcepit, ut in sua, hominis quidem pauperis & exilio mulctati Iacobi, sententia permanerent. Sunt tamen qui dicunt, quòd Doctor fuerit discipuli cujusdam nomine Iacobi, qui expulsus eundem hinc inde ad populos miserit, ut in fide sua eos confirmaret: A quo proinde illi denominentur. Alii verò tradunt, Iacobum fuisse discipulum Severi, Patriarchæ Antiocheni, qui eandem cum Dioscoro habuerit fidem. Patrem autem Severum emisisse Iacobum, discipulum suum ad fidei suæ consecratos, ut ad constantiam in fide Dioscuri eos hortaretur. Atque ab hoc eos obtinuisse nomen.* Subjicerem ipsa *Ahmedis*, hominis Muhammedani verba, quibus Jacobitarum sententiam non infeliciter p. m. 156. refutat, nisi ad alteram Christianorum, in Arabum monumentis celebrem, sectam properandum, quę

b. *Romanorum seu Melcitarum*

est אלרום *Romanorum.* De ea sic scribit *author* citatus p. 157. אל
פרקה אלתאניה אלרום והם אלמלכיה תקול המא בעד
אלאתחאד גוהראן ואקנום ואחד *Secunda secta est Romanorum, qui & Melcitæ dicuntur, quorum sententia post unionem duas ponit naturas, & unam personam.* Sic vocem קנום apud Theologos Syros (malè enim *Ahmed* ait esse לפטה רומיה *vocabulum Romanum*; quod *Individuum* quotidiano usu notet) haud ignotam reddimus. Pergit autem
קאלת אלמלכיה פלה בטביעה אללאהות משיה כמשיה אלאב ולה
בטביעה אלנאסות משיה כמשיה אברהים ודאוד עליהמא אלסלאם
והו שבץ ואחד *Dicunt Melcitæ, secundùm naturam divinam Christum habere voluntatem similem voluntati patris: secundùm naturam verò humanam voluntatem ejus similem voluntati Abrahami, & Davidis, super quibus sit pax, eum tamen unum esse Individuum.* Sed quinam sunt Melcitæ? *Danæus* comment. in tractat. Aug. de hæres. p. 232. b. *Hi* (Jacobitæ)

Quinam Melcitæ?

Figure 30

Hottinger, *Historia Orientalis*, p. 230.

bitæ) *eandem prorsus, quam primi Eutychiani sententiam amplectuntur & defendunt atque ita impunè orthodoxos irrisere, ut eos Melchitas vocarent, quod Imperatorum fidem sequerentur.* De iisdem *Sionit.* de Morib. Orient. p. 74. *Et quidem Melchitæ seu Græci, qui per totum Orientem longè latéque sunt sparsi Spiritum Sanctum à solo Patre procedere, purgatorium nullum existere pessimè crediderunt, indéque illis odium intestinum in summum Pontificem, atque in omnes ei in spiritualibus subjectos, ita ut eidem veracissimo Christi in terris vicario primatum pertinaciter abnegent.* Liber 2. de Pseudopr. Muham.

Supersunt *Nestoriani*, de quibus *Ahmed ben Edris*: אלנסטוריד אלנצארי אלמשרק מנסובון אלי נסטורס יקול אן המא בעד אלאתחאד גוהראן ואקנומאן באקיאן עלי טביעתהמא *Nestoriani, Christiani Orientales, derivati à Nestorio, qui dicebat, quòd post unionem duæ sint substantiæ, duæ personæ in sua remanentes natura.* Addit autem, etsi Muhammedanus, non malè: ואלסואל עליהם אן אלטביעתין כאנתא שכצין יכרבה אלחס פאן עיסי עליה אלסלאם כאן שכצא ואחדא ויכון מרהבהם מכאלף אלצרוריאת *Quæratur ab iis, si duæ illæ naturæ duas constituunt personas, utique eos mendacii convincit ipse sensus communis. Isa enim, super quo pax, una tantùm fuit persona. Atq; sic religio eorum contraria est necessariis demonstrationibus.* 3. Nestorianorum.

Idem *Ahmed* de origine harum trium inter Christianos Sectarum ita fabulosè loquitur, ut mirum sit, unde per febrim simia hæc tam insulsum & impium comminisci potuerit figmentum. Multum tamen est, quòd, ὅλῳ ῥυλάκῳ, hostis Ecclesiæ infensissimus concedit, *Paulum, ex persecutore factum esse Christianismi lumen & columen, Trinitatis clarissimum doctorem, fortissimúmque hyperaspisten.* Primum fabulæ actum breviter perstringemus. Eo nàmque, ὁ κρυπτολυτρολήρων, ostendere conatur, unde tot inter Christianos gliscere cœperint diversæ sententiæ, ex emortualibus nempe Pauli verbis, quæ, semetipsum in monte quodam sacrificaturus, tribus regibus ita studiosè insusurrârit, ut quisque post fata ejus crederet sibi soli commissam esse doctrinæ Paulinæ successionem. Tantæ molis erat litem de reliquiis ejus obortam decidere, ut præter combustionem totius corporis, ad æqualem partium distributionem, iis nihil potuerit satisfacere. Sed neque sic quidem res fuit composita. Domum enim tres illi Utopiæ Reges reversi, magnas simultates inter se fovebant, quisque persuasus, sibi uni veram fidei doctrinam (singulis enim separatim Apo- *Fabula ex Ahmed de tribus his Sectis.*

Figure 31

Hottinger, *Historia Orientalis*, p. 231.



232 HISTORIÆ ORIENTALIS LIB. II. c. II.

Liber 2. de Pseudopr. Muham.

Apostolum arcana illa revelâsse nugatur Cyclops) à Paulo traditam.

Alter actus talis est: קאלת פרקה מן אלמורכין ענדנא וענדהם אן ען יסי עליה אלסלאם למא דעא בני אסראיל ללאימאן אנאבה כפר יסיר תם רפע פאסתגלי אלנאס בלאמה חתי בלע אתבאעה סבע מאיה רגל וכאתר אלמנאהרון פי בני אסראיל וידעון ללאימאן *Dicunt quidam Historici, Muhammedani & Christiani, quòd, cùm Isa; super quo pax; Israelitas ad fidem vocâsset, pauci admodùm initio secuti fuerint. Cùm verò exaltatus esset, honorificè homines verbum ejus exceperint, adeò ut numerus assectarum creverit ad viros septingentos, sicque multiplicati sint athletæ* (pro Christianismo) *inter filios Israel, qui & ipsi* (alios) *ad fidem vocârint.* His restitisse ait, קולס אליהודי וסמי בולס איצא ובאן הו אלמלך פי בני אסראיל והזמהם ואכרגהם מן אלשאם אלי אלדרוב *Kaulum* (Saulum scribere voluit) *qui & Paulus dicatur, Judæum, Regem filiorum Israel, qui eos in fugam verterit & expulerit, ex Syria ad fines usque Græciæ.* Posteà verò ipsum hunc Saulum, mutato habitu, in castra Christianorum excurrentem, cognitum fuisse & captum. Mox, recensione pœnarum sibi divinitus inflictarum præmissa, fassum esse, se non ita pridem & oculis, & auditu, & sensu omni orbatum votum fecisse, Christo se nomen daturum, dum à malis istis liberaretur. Nunc ergò sibi restitutum, fidem se soluturum, & inter Christianos reliquum vitæ suæ spatium transacturum. Extruxisse autem Christianorum proceres novo Proselyto sacellum, in quo aliquot visionibus de restaurandis Ecclesiæ ritibus fuerit admonitus. *Prima* visione obtinuisse, ut consuetudo in precibus hactenus inter Christianos usitata mutâretur. Verba authoris sunt: פרדהם ען קבלתהם בית אלמקדם אלי אלשרק *Et abstraxit eos à consuetudine orandi Hierosolymam versùs, Orientalem plagam commendans.* *Secunda* visione sustulisse eum, scribit, discrimen ciborum. *Tertia* visio nobis Melcitarum authorem fingit quendam *Malcum*, de quo sic nugivendulus:

תם אעלק בעד דלך תלתא פקרעוא אשר מן אלתאניה פלמא פתח להם קאל אני ראית ראיא קאלוא האת קאל ליכרג כל מן אלנית אלא יעקוב ונסטור ומלכון ואלמומן ספעלוא קאל הל עלמתם אחרא מן אלאנסאן אברא אלאכמה ואלאברץ ואחיא אלמות קאלוא לא קאל ואני אזעם אנה אללה תעאלי תגלי לנא תם אחתגב פקאל בעצהם צדקת פקאל בעצהם לא ולכנה תלתה אלה

Figure 32

Hottinger, *Historia Orientalis*, p. 232.

Liber 2. de Pseudopr. Muham.

אלה וולדה ורוח אלקדס וקאל בעצהם אללה וולדה וקאל בעצהם
הו אללה תגסם לנא ואפתרקוא עלי ארבע פרק ואמא יעקוב
פאכר בקול בולס אן אללה הו אלמסיח ובה אכרת שיעתה והם
אליעקובידה ואמא נסטור פקאל אלמסיח אבן אללה עלי גהדה
אלרחמה ובה אכרת שיעתה אלנסטורידה ואמא מלכון פקאל אן
אללה תלתה ובה אכרת שיעדה והם אלמלכידה וקאם אלמומן
פקאל להם לעגה אללה ואללה מא חאול הדא אלא
אפסאדכם ונחן אצחאב אלמסיח וקד ראינא עיסי עליה אלסלאם
ונקלנא עגה ואנמא הדא יצלכם פקאל בולס ללדין אתבעוה קומוא
בנא נקאתל הדא אלמומן ונקתלה הו פאצחאבה ואלא אפסד
עליכם דינכם פכרג אלמומן אלי קומה פקאל אלסתם תעלמון
אן אלמסיח עבד אללה ורסולה וכדא קאל לכם קאלוא בלי קאל
פאן הדא אלמלעון קד אצל אלקום פרכבוא פי אתרהם פהזמהם
אלמומן פאצחאבה פכרגוא אלי אלשאם פאסרוהם אליהוד
פאכברוהם אלכבר פקאל אנמא כרגנא אליכם לנאמן פי
בלאדכם ומא לנא פי אלרניא מן חאגה אנמא נלתזם אלכהוף
ואלצואמע ונסיח פי אלארץ תם פעלוא אלדין כפרוא מתל אצחאב
אלמומן מן אלצואמע אלרהבאניה ואדרך אלנבי מן אצחאב
אלמומן תלתין ראהבא ומאתוא עלי אלאסלאם *Postea, cùm clausisset fores, tertia vice, & quidem vehementiùs, quàm secunda, eas arietârunt. Aperiens autē dixit iis: Vidi visionem. Cedo illam, responderunt. Tum Paulus: ut omnes exeant foràs, Iacobo excepto, Nestorio, Malcum, & verè credente, i. e. Orthodoxo. Id ubi factum est, quærit: Num ullum nōstis hominē, qui cæcis restituerit visum, leprosis pristinum corporis vigorem, mortuis vitam. Negârunt. Tunc Paulus: Puto ergò hunc talem Deum esse, qui nobis apparuerit, posteáq; occultatus fuerit. Atq; hanc Pauli sententiam quidam probârunt: Alii non, dicentes: Tres sunt* (divinæ essentiæ consortes) *Deus, Filius ejus, & Spiritus Sanctus. Iterum alii dixerunt: Duos tantùm esse, Deum, & Filium ejus. Alii statuerunt, Deum factum esse carnem. Atque sic in quatuor abierunt sectas.* Jacobus *Paulum fuit secutus, quòd Messias sit Deus, atque ab hoc assectæ ejus Iacobitæ originem suam habent.* Nestorius *verò voluit, Messiam esse filium Dei tantùm per modum misericordiæ: atque ab hoc orti sunt Nestoriani.* Malcun *autem asseruit Trinitatem, &*

Figure 33

Hottinger, *Historia Orientalis*, p. 233.

Liber 1. de Pseudopr. Muham.

ab hoc quoque suum ortum deducunt Melcitæ. Orthodoxus *tandem surgens, anathemate eos feriit, dicens: Per Deum, per Deum, nihil hic suis absurditatibus molitur, quàm perniciem vestram. Nos sumus socii Messiæ, nos vidimus Isa, super quo pax, & ab eo derivamur: Hic verò vos seducet. Dixit autem Paulus Sectatoribus suis: Agite, oppugnemus hunc Orthodoxum, eúmque cum sociis ejus occidamus, alioquin enim perdet Religionem vestram. Egressus autem Orthodoxus ad populum suum rogavit: Nescitis, Messiam servum Dei esse & Apostolum ejus, id quod vobis ipse sic dixit? Affirmant. At, inquit, hic jam multos seduxit. Illi verò vestigiis eorum insistentes fugârunt Catholicum cum complicibus ejus; egressi igitur in Syriam à Iudæis fuerunt capti. Cúmque totum negotium illis recensuissent, dixissentque: Egressi sumus ad vos, ut tuti essemus in terra vestra, neque enim ullum in terra asylum habemus, sed speluncas quærimus, tuguriola, in terra aberrantes, salvos eos reliquerunt. Illi verò, qui erant infideles, exemplo sociorum Orthodoxi, tuguriola quoque eremitica extruxerunt. Et assecutus fuit Propheta* (Muhammed) *ex sociis Orthodoxi* suo adhuc tempore *triginta Eremitas, qui in Islamismo sunt mortui.* Habes insipidam fabulam totam, tum ut videas unde *Melcitarum* incunabula sint accersenda, scilicet! tam ut cognoscas, quàm impia & absurda Diabolus in veritatis obstaculum & ludibrium iis propinet credenda & scribenda, quos metuit, si meliùs de rebus fidei Christianæ essent edocti, facilè cessuros, adeóque ex laqueis ipsius protinus eruere se conaturos. Miremur Dei ἀνεξιχνίαστα καὶ ἀνεξερεύνητα judicia, qui in hominum ingratitudinem adeò severè animadvertit, ut, qui in puro puto Dei verbo, veritatis norma & forma, acquiescere noluerunt, putidissimis nunc, impudentissimis, imò prodigiosis planè mendaciis, à quibus vel communis sensus abhorret fidem adhibeant. Apinæ sunt & tricæ, quæ de Malcun scribit *Ahmed.* Omnino enim vox illa Syro-Arabica est, à מֶלֶךְ *Rex* desumta. Unde Adjectivum מלכי *Regius.* Hinc author Lexici Copticо-Arabici Græcorum Βασιλικὸν per Arabicum מלכי explicat. Hoc verò nomine in Oriente veniebant Orthodoxi omnes, qui Chalcedonensem Synodum contra *Dioscorum* receperunt, è quorum numero ipse erat *Marcianus* Imperator. Hi verò Orthodoxi, Chalcedonensis Synodi hyperaspistæ nihil prorsus habuerunt negotii, nec cum *Purgatorio*, nec cum *Pontificis Potestate* αὐτοκρατορικῇ, ipso fatente *Sionita*, quos malè in Schismaticorum aut hæreticorum Orientalium refert Catalogum. Hi enim si hæreticis annumerentur, qui Oecu-

Figure 34

Hottinger, *Historia Orientalis*, p. 234.

Liber 2. de Pseudopr. Muham.

Oecumenici Concilii Patres erant, & veritatis vindices, quam eo tempore in Oriente habebimus Ecclesiam Catholicam? Si verò Orthodoxi illi fuerunt, cur non & nobis cum iisdem Purgatorium negare liceat & Papæ primatum? Originem hanc *Melcitarum* à *Rege*, seu Imperatore Marciano nuncupatorum ipsa confirmat rei gestæ historia ita ab *Elmacino* pag 250. recitata: ופי איאמרה כאן אלמגמע בכלקידוניה אנתמע פיה סתמאיה וארבעה ותלאתין אסקפא גמעהם מרקיאן אלמלך גמיעהם לינטרוא פי מקאלה דיסקורס בטרק אסכנדריה לאנה כאן יקול אן אלמסיח גוהר מן גוהרין וקנום מן קנומין וטביעה מן טביעתין ומשיה מן משיתין וכאן מרקיאן אלמלך ואהל אלמלכה יקולון גוהרין וטביעתין ומשיתין ואקנומא ואחדא פואפקה גמיע אלאסאקבה עלי מקאלתה מא כלא דיסקורס בטרירק אלאסכנדרי id est, *Diebus ejus* (Marciani) *fuit Synodus Chalcedoniæ, in qua congregati erant sexcenti triginta quatuor Episcopi, quos convocavit Marcianus Imperator omnes, ut sententiam Dioscori, Patriarchæ Alexandrini, examinarent, qui dicebat, Messiam substantiam habere compositam ex duabus substantiis, personam ex personis duabus, naturam ex naturis duabus, voluntatem ex voluntatibus duabus. Marcianus autem Imperator, totáque familia regni statuebant* in Christo *duas substantias, duas naturas, duas voluntates, & unam personam: Atque huic sententiæ astipulati sunt Episcopi omnes, Dioscuro excepto, Patriarchâ Alexandrino.* Ergò, ut ex hac historia patet, Orthodoxi *Melcitarum* nomen fuerunt adepti, quia à Rege (qui מלך *Málech* Heb. Syr. Arab appellatur) stabant. Cur verò Melcitæ aliâs אלרום *Roma*, seu, *Romani* nuncupentur, divinatu facile est, à Constantinopoli nempe, quæ Νέα Ῥώμη *Nova Roma*, vocari solet. Unde etiam *Ab. Esra* ad Dan. cap. II. v. 47. מלכות רומא שהוא מלכות יון *Romanum Imperium est Imperium Græcum.* Prolixè de *Melcitis* istis, quos cum Syris facit eosdem, scripsit *Ed. Bretevvod.* peculiari libro de varietate linguarum & religionum c. 16. p. 219.

C. Restat, ut aliquid tandem dicamus, quo animo Muhammed in Christianos fuerit. De ejus in Christianos affectu benevolo luculentum extat testimonium apud *Elmac.* Hist. Sara. p. 11. קאל אלמורך ונחן נדכר הנא מא רד פי תואריך אלנצארי (ita enim legi debet) מן אלוקאיע ואלחואדת פי איאם חיאתה ורד פי תואריך אלנצארי אנה

Figure 35

Hottinger, *Historia Orientalis*, p. 235

poteſtatem habet Romanus Pontifex ſuper Vniuerſos Patriarchas, quemadmodùm habebat Petrus ſuper Vniuerſos Chriſtianitatis Principes, & Concilia ipſorum: quoniam Chriſti Vicarius eſt ſuper redemptionem, Eccleſias & cunctos populos eius. Quicunque autem Sanctioni huic contradixerit, Patres Synodi anathemate illum percellunt.

Plura in hoc Canone notanda veniunt, & primò circa Editiones. Quamobrem ſciendum eſt, nobis hic Romæ ſex Editiones extare varias huius Concilij. Prima Arabicis exarata characteribus, & eſt Melchitarum, ſeu Græcorum, qui Arabica vtuntur Lingua, ſuntque per totam Syriam, Chaldæam, & Ægyptum diffuſi. Exemplaria huius editionis extant duo, vnum in Vaticana Bibliotheca; alterum in Bibliotheca Collegij Maronitarnm de Vrbe; vtrumque Græcis notatum numericis literis, & alicubi Græcis interpolatum dictionibus.

Secunda Editio eſt Maronitarum, quæ duplex adhuc eſt, vna Arabicis conſcripta characteribus, & lingua, & eſt Bibliothecæ Collegij Maronitarum item de Vrbe: Altera Syriaca huius tantummodò Canonis, qui refertur à D. Ioanne Marone libro de Sacerdotio cap. poſtremo, eſtque noſtri iuris.

Tertia eſt Cophtitarum, ſeu Ægyptiorum Chriſtianorum, qui Dioſcori ſequuntur dogmata, & eſt Arabicè conſcripta, & Cophtitis, ſeu Ægyptiacis notata

Figure 36

Ecchellensis, *De origine nominis papae*, p. 112, in Ecchellensis, *Eutychius*.

ſinguli ad ſuam tuendam, ſtabiliendamque cauſam, Regna ſibi, & ſceptra vel vltrà Sabbaticum fluuium, vel in ipſo Lunæ concauo effinxerint.

Sed ò mortalium miſeram conditionem! ò horribilem, non oculorum tantùm, verùm etiam & mentis cæcitatem! cùm perſæpè ita hallucinamur, vt quò longiùs diſtemus à veritate, eò viciniores nos eſſe nobis perſuadeamus. Nam cui, Sodes, Orientalium Nationum iſtę competunt notę, quas ſingulę ſibi vindicare conantur? Etenim ſi Græcorum, quos Melchitæ ſequuntur, celeberrimam olim, florentemque imperio ſpectemus gentem, liceat mihi Gennadij ipſorum Patriarchæ nunc vti verbis, ita de miſera illorum conditione ſcribentis cap. 5. de Primatu Papæ ſect. 15. *Hi verò*, inquit, *non ſolùm gentium facti ſunt ſerui; ſed & Iudæis ipſis, qui ſunt ſerui omnium gentium*. Affectatum autem ab ipſis diu Summum Sacerdotium, per ſummam iniuriam, nunc vænale proſtat, ac ſæpè ſæpiùs biceps, ac triceps, Cerberique aliquandò capitum æquatur numero.

Neſtorianorum verò longè infelicior eſt conditio, non eorum inquam, qui vel Turcico, vel Perſico graui premuntur iugo, ſed illorum, qui Indias incolunt ibique feliciter regnare, aut effinguntur, aut creduntur, vt ipſorum ſupplicationes ad Paulum V. Pontificem Maximum ſatis ſuperque nobis teſtantur, quas hic referre, ſuperfluum eſſet.

Figure 37

Ecchellensis, *De origine nominis papae*, p. 281, in Ecchellensis, *Eutychius*.